



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

Et etiam causas criminales num. 31.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

TERTIVM. 137

tā dictum Cæremoniale lib. i.  
sect. 9. cap. 2. post medium vers.  
finita fol. 46. & notata per Go-  
mes. dicto compendio utriusquè  
Signaturæ col. i. vers. nam ex eo,  
de quibus etiam intellexit Vita-  
linus in Clement. abusionibus nu-  
20. de pænit. & remiss. animad-  
uertendo, quod Aduocatus Con-  
sistorialis non debet plus effe-  
& tualiter exponere verbo in  
Consistorio publico Papæ, quam  
contineatur in supplicatione  
scripta, quam de mandato Pa-  
pæ exhibit Cancellario, vel al-  
teri Cardinali, quem deputet  
super hoc Commissarium.

Consueuerant \* quoquè in 31  
Consistorio publico fieri proces-  
sus generales, & pertractari Cau-  
sæ

## 138 CAPUT

sæ Criminales, quod sane spē-  
stabat ad Aduocatos Consisto-  
riales, è quorum numero est  
Aduocatus Fisci, cuius rei exem-  
plum extat apud Vitalin. in Cle-  
ment. 1. num. 8. & 9. de Iudic.  
dum inquit num. 8. quòd in Pa-  
latio, ubi Papa tenet publicum  
Consistorium, fiunt processus ge-  
nerales, subditque num. 9. sicut  
sæpe vidistis tempore huius D.N.  
Clementis VI. factum fuisse me  
proponente, ut Aduocato sui Fi-  
sci contra Benedictum Antipa-  
pam, & reliquos Bartholomeistas  
asserente Fulgos. in l. binos. in  
fine C. de Aduocat. Diuers. Iudic.  
quòd Antiquior Aduocatus Con-  
sistorialium est Aduocatus Fisci  
Ecclesiastici, & Vestrion in Praxi  
lib.

TERTIVM. 139

lib. 2. cap. 8. Is utique est eiusdem Consistorialis ordinis, quod nouissimè repetunt Io. Ludovicus Gothofredus in *Anonthologia Cosmica lib. 1. tit. de Terris*, & Dominijs Pontificis Romani Rubr. Modus, & forma dominij nostri temporis num. 38. pag. 25. col. 2. post medium, ibi, Is autem Aduocatus est de numero, & ordine Consistoriali. Scannarolus Episcopus Sidoniarum De Visitat. Carcerat. lib. 1. cap. 4. ibi, eligitur ex ordine Aduocatorum Consistorialium, & Cohellius de Notitia Cardinalatus cap. 45. vers, sed tandem. Idem de processibus prædictis testatur Gomes. dicto compend. utriusque Signaturæ col. 3. vers.

nam

## 140 CAPVT

nam hic mos ; quarè cauetur in  
Constitutionibus antiquis Colle-  
gij , quòd in propositione Cau-  
sarum facienda in Consistorio  
publico nullus aliis admitti de-  
beat , quàm Aduocatus ritè , &  
rectè receptus , & admissus , &  
quòd in eo seruetur ordo , &  
forma Constitutionis Benedicti  
XII. incipiens , Ad perpetuam  
rei memoriam .

Cæterum nostra ætate exo-  
leuit mos iste proponendi veras  
commissiones , agendiquè ve-  
ros processus criminales , succe-  
sitquè \* stylus habendi Oratio-  
nes , in quibus Aduocati Consi-  
storiales ex arte , & ingenio con-  
fingebant casus crudeles , & a-  
troces , quos sophocleo cothur-

32

10